

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 6110

**Autre(s) référence(s) :** Round 334

**Auteur(s) :** Roger Abbadon [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Les Préaux, Saint-Pierre de Préaux (abbaye)

**Genre d'acte :** notice

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** [1135-1141]

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Notification de la donation de divers biens faite par Roger Abbadon aux moines de Préaux à l'occasion de sa profession monastique : l'église de Willey avec une vergée de terre et deux mesures (« tophz ») sis dans ce village, celle d'une veuve et une autre voisine ; une charruée de terre sise à Ullesthorpe et tout ce qu'il possédait là ; un bordier à Bedworth et, dans la forêt du même lieu, la coutume du panage de tous les porcs des moines et la libre païsson de tous les animaux au dedans et au dehors, dans les bois et les champs. Pour prix de son accord et de sa promesse de défendre cette donation contre toute coutume ou service, Hugues, fils de Roger Abbadon, a reçu de son père six marcs, avec lesquels il a acheté à Hugues, fils de Richard, un vavasseur à Sotwell. Les comtes Roger de Warwick et Robert [II] de Leicester ont concédé ce don qui a été confirmé devant Roger, évêque de Chester, Richard Péché, archidiacre, et tout le clergé réuni en synode.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Rouet Dominique, *Le cartulaire de l'abbaye bénédictine de Saint-Pierre-de-Préaux (1034-1227)*, Paris, Éditions du CTHS (Collection de documents inédits sur l'Histoire de France, section d'Histoire et de Philologie des civilisations médiévales ; série in-8°, 34), 2005, n° B1, p. 207-208.

### Indications

Round John-Horace, *Calendar of Documents Preserved in France, Illustrative of the History of Great Britain and Ireland*, 918-1206, Londres, Her Majesty's Stationary Office, 1899, p. 113-114, n° 334.

## Dissertation critique

D. Rouet propose : [1135-1141 et vraisemblablement 1135-1137]. Sur la datatio de cet acte, voir ROUET, *Cartulaire de Saint-Pierre-de-Préaux*, n° B1, p. 207-208.

Esuitenevele : Sotwell, dans Brightwell-cum-Sotwell

Texte établi d'après a

Quoniam longo processu temporum etiam ea que vera sunt et multis nota a memoria facile dilabuntur, nostre ecclesie donationes scriptis commendare decrevimus. Noverint itaque omnes tam presentes quam futuri Rogerium, cognomine Abbadon, Sancto Petro de Pratellis dedisse in elemosinam et causa sui monachus ea que subscribuntur, videlicet ecclesiam de Wilee com una virgata terre et duobus tophz in eadem villa, altero cujusdam

vidue, altero ei vicino ; dedit etiam unam hidram terre in Holestorp et quicquid ibi habebat, et in Bedoorda unum bordier et in foresta predicte ville consuetudinem pasnagii omnium porcorum nostrorum et insuper etiam pasturam omnium animalium nostrorum foris et intus, id est in nemore et in plano, sine consuetudine aliqua et sine precio. Hec omnia concesserunt duo comites, videlicet Rogerius, comes de Warwic, et Robertus, comes Leecestrie, et Hugo, filius ipsius Rogerii Abbadon, a patre suo sex marcas argenti, ut ista omnia concederet et ab omni consuetudine et servitio defenderet, recipiens, et hoc se tenendum fide propria et osculo confirmavit ; de denariis etiam, quos pro hac concessione ipse Hugo accepit, unum vavassorem cum tota terra sua emit a Hugone, filio Ricardi, in villa que dicitur Esuitenevele. Hoc autem modo et lege Ricardus, abbas de Pratellis, suscepit donationem istam liberam et quietam, videlicet ut ipse Hugo Abbadon eam contra omnes de omnibus rebus defenderet. Hec autem cartula confirmata fuit coram Rogerio, episcopo Cestrie, et Ricardo Pechiet, archidiacono, et universo clero in synodo et in capitulo. Ex parte Rogerii Abbadon testes fuerunt : Hugo, filius ejus, et Rogerius, comes de Warwic, et Henricus et Gaufridus, fratres ejusdem comitis, et Willelmus Gifart et Henricus, dapifer, et Colfoain et Rannulfus, pistor. Ex parte vero abbatis Ricardi testes extiterunt : Willelmus, decanus ; Balduinus, nepos Abbadon ; Willelmus de Bona Villa ; Normannus de Holestorpz et Willelmus, frater ejus, et Volvric de Warmintona.